humectantur. Quibus febres sunt egestiones. 34
supervenientes surditate quiescunt. Et quibus vero surdi
tas est, febres supervenientibus quiescit. Quibus
in febribus sextis existentibus rigores fiunt
discreti. Quibus vero exacerbationes fiunt si qua hora
dimiserit febris in crastinum eadem hora accipiat
difficilia. Laboriosis in febribus in articulis et circa
maxillas maxime apostases fiunt. Quibus vero resur
gentibus ex morbis si aliquid doluerit ibi apostases
fiunt. Si vero et prius aliquid doluerit ante egritudinem
illic confirmatur egritudo. Si a febre habito tu
more non existente in faucibus suffocatio superve
nerit repente mortale. Si a febre habito collum
convertatur ut vix deglutire possit tumore non exi
stente in collo mortale.

Sudores febricitanti boni sunt si ceperint tertia
et quinta et vii. et viiii. et xi et xiiii et quindecim et
xx. et xxi. et xxiiii. et xxvii. et xxxi. et xxxiiii. et
xxxvii. hii enim sudores iudicant. Quibus vero ita non fu
erint dolorem significant et longitudinem egritudinis et re
cidivationem. Frigidi sudores cum acuta quidem febre
facti mortem, cum molliori vero longitudinem
egritudinis significant. Et ubi in corpore sudaverit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1089/0071
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG